


K U R E N D A

Przemyskiego Konsystorza Biskupiego o. ł.

N^{ro.} III.

R. 1874.



Zakonne zgromadzenia mianowicie płci żeńskiej, które się w latach ostatnich **L. 1030.** na ziemi polskiej przyjęły, i do naszej prowincyi zawitały, tyle dobrego sprawiły między ludem osobliwie wiejskim, że słusznie należy je uważać za dowód szczególniejszej nad mi opieki Bożej.

Od lat trzynaście istniejący w tej dyecezyi zakon Sióstr III. Reguły ś. Dominika, może przytoczyć znakomite zasługi, położone około chorych, dziatwy wiejskiej i podniesienia pobożności, których jednak część większa i piękniejsza u Tego jedynie jest zapisana, bez którego wiedzy nie spada ani jeden włos z głowy naszej.

Ze wzrostem zgromadzenia rośnie też i zakres pracy, i już oprócz macierzystego domu w Wielowsi, zaproszono Siostry Dominikanki do parafii Bielińskiej i do Wielkich Ócz.

W Bielinach, dzięki hojności dobroczyńców, na których czele stoi jak zawsze Najjaśniejszy Cesarz Ferdynand I., wybudowano murowany klasztor koszt 2476 złr. 90 ct.

Potrzeba jednak nie małych jeszcze wydatków na urządzenie wewnętrzne. Z tego powodu udzieliliśmy pozwolenie Przewielebnemu J. ks. Harmacie, proboszczowi tamtejszej parafii, na wydanie obrazków wotywnych, i na rozpowszechnianie tychże po kościołach diecezyi Naszej, iżby na tej drodze przysporzyć fundusze do ukończenia klasztoru. Zastwierdziliśmy także przyjęty przez wspomnionego ks. Proboszcza na siebie i na następców swych obowiązek, odprawiania corocznie czterech mszy św. śpiewanych za fundatorów żyjących, a jednej mszy za zmarłych, przyczem zgromadzenie Sióstr Dominikanek w tej intencji Komunii św. przyjmie i Salwe Regina w chórze odśpiewa. Każdy zaś składający 20 ct. za obrazek, będzie uważany za fundatora.

Wzywam do rozpowszechniania wotywnych obrazków na dokończenie budowy klasztoru P. P. Dominikanek w Bielinach.

A ponieważ klasztor i kaplica wystawione są pod wezwaniem ś. Józefa, Piastuna Bożego i Oblubieńca Najświętszej Panny, przeto niesiemy Wam Najmilsi wyobrażenie tegoż Świętego, które pod względem pomysłu i wykonania musi zyskać ogólną pochwałę. Rozszerzajcie więc pomiędzy Wiernymi te obrazki, nie tylko dla poparcia głównego celu, w którym są wydane, ale oraz dla pomnożenia nabożeństwa między ludem ku temu którego szczególnej opiece Namiestnik Chrystusów powierzył całą owczarnię Bożą, zbyte nie w tych czasach uciśnioną.

Niech z tego obrazka uczą się Wierni wzywać pomocy ś. Józefa dla Ojca ś., dla Biskupów i Kapłanów więzionych, dla Unitów krwawo prześladowanych, dla wiernych w Szwajcaryi i w Niemczech całych na niesłychane próby i utrapienia wystawionych.

Zebrane pieniądze należy do Konsystorya przesełać.

W Przemyślu dnia 22. Kwietnia 1874.

N. 2810.

1872. *DD. Decani for. conciones elaboratas in- tra visitatio- nem inspicere, & liberos e doctrina cate- hismi exami- nare obligan- tur.*

Ad prædicandam æternam Sapientiam & Salutem, ad dilatandum regnum Dei vocati, alta mente servare debemus, quantæ gravitatis & dignitatis sublimis sit officium concinatorum. Fides ex auditu & non sine prædicante, et justitia est fide. Quare mandat Dominus: „Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam,“ et Apostolus gentium scribit: „Vaeh mihi, si non evangelizavero;“ et alii Apostoli: „Non est æquum — dixerunt — nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis.“

Hinc S. Prosper, consentientibus SS. Gregorio, Hilario, Chrisosthomo inquit: „Sacerdos cui dispensatio Verbi commissa est, etiamsi sancte vivat, et tamen perditæ vi- ventes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit;“ et quid ei proderit non puniri suo, si puniendus est alieno peccato?“

Hiscæ præmissis et præsertim mandato SS. Tridentinæ Synodi Sess. V. de Reform. c. 2. insistentes, zelum VV. Cleri diœcesani excitatum esse volumus, quatenus prædicationi verbi divini cum maximo studio incumbat, et Concinatores — monente S. Francisco Xaverio — non se ipsos sed Christum crucifixum prædicent. Ut vero Christum prædicent cum fructu, debent ipsi illum scire cognoscere, intellectu fidei tenere, adeoque absque prævia doctrina, meditatione et oratione suggestum sacrum minime ascendere audeant. Tunc solummodo non aërem inanibus verberabunt sermonibus, nec in persuasibili- bus humanæ sapientiæ verbis sed in virtute Dei prædicabunt.

Tunc evanescet occasio irridendi concinatores, qui absque omni præparatione sed solum post obviâ lectionem concionis de libro aut antiquato manuscripto cathedram Evangelii conscendunt, nomine Christi verbum Ejus prædicaturi. Quærite charissimi gloriam Domini, quærite proximi Salutem, nihil dicatis, quod ad hos fines non tendat, nihil proferatis, quod auditorum captum excedat. „Prædica — inquit pius auctor Memorialis vitæ sacerdotalis — ut audiaris et intelligaris, non ut Sonum inanem edas.“ Et quum Do-

B U D O W A

Klasztoru i Kaplicy pod wezwaniem S. Józefa WW. Sióstr Dominikanek w Bielinach, Diec. Przemyskiej.

Będą się odprawiać co roku cztery msze św. śpiewane za *fundatorów żyjących*, a jedna msza św. za *fundatorów zmarłych* przez 15 lat.

Oprócz tego Zgromadzenie WW. Sióstr przystąpi w czasie każdego z powyższych nabożeństw do Komunii świętej i odśpiewa w chórze „Salve Regina.”

Każdy składający 20 centów, nabywa prawa fundatora i wpisanym zostaje w księgę fundacyjną klasztoru.

L. 2794. — Zatwierdzamy powyższe zobowiązanie się i pozwalamy na zbieranie ofiar w kościołach Diecezji Naszej na cel wskazany.

W Przemyśle, 14. Grudnia 1872.

MACIEJ, Biskup m. p.

minus sit qui militum suorum manus doceat ad prœlium, et digitos ad bellum, necesse est, ut illius auxilium invocetur, de doctrina ejus accipiat, et eloquiis ejus cor nostrum impleatur.

Ne vero præfatæ exhortationes Nostræ effectum careant, coactos nos videmus occasione variarum relationum ordinationem hujatis Consistorii a paucis annis obsoletam renovare esse statuimus, et quidem:

1. P. T. DD. Decani foranei obligantur intra visitationem requirere a Sacerdotibus, ut conciones scripto exaratas pro inspectione monstrent.

2. Idem DD. Decani obligantur sub visitatione decanali juvenes in ecclesia & liberos in Scholis de catechismi doctrina examinare.

Tali ratione fundatam persuasionem suam de idoneitate & diligentia sacerdotum præsertim circa commendationes petitionum pro beneficiis curatis Consistorio exhibere poterunt.

Premissæ die 23. Aprilis 1874.

Sacra Rituum Congregatio dno. 11. Martii 1858. novam instructionem pro binitantibus edidit quam VV. Clero pro observatione communicamus cum eo, instructionem in Currenda II. ex anno 1866. tali ratione abolitam esse:

N. 1031.

Communicatur VV. Clero nova instructio S. R. C. pro binitantibus edita.

Quando sacerdos eadem die duas Missas dissitis in locis celebrare debet, in prima dum Divinum Sanguinem sumit, eum diligentissime sorbeat. Exinde super Corporali ponat calicem & palla tegat, ac junctis manibus in medio Altari dicat: Quod ore sumpsimus, & subinde admoto aquæ vasculo digitos lavet dicens: Corpus tuum, & abstergat. Hisce peractis, calicem super Corporali manentem adhuc, deducta palla, cooperiet ceu moris est, scilicet primum purificatorio linteo, deinde patena ac palla, & demum velo. Post hæc missam prosequatur, & completo ultimo Evangelio, rursus stet in medio Altaris, et detecto Calice inspiciat an aliquid Divini Sanguinis necne ad imum se receperit, quod plerumque contingit. Quamvis enim Sacra species primum sedulo sorptæ sint, tamen dum sumuntur, quum particulæ quæ circum sunt, undequaque sursum deferantur, nonnisi deposito Calice ad imum redeunt. Si itaque Divini Sanguinis gutta quædam supersit adhuc ea rursus ac diligenter sorbeatur et quidem ex eadem parte, qua ille primum est sumptus. Quod nullimode omittendum est, quia Sacrificium moraliter durat, et superextantibus adhuc vini speciebus ex divino præcepto compleri debet.

Postmodum Sacerdos in ipsum Calicem tantum saltem aquæ fundat quantum prius vini posuerat, eamque circumactam, ex eadem parte, qua Sacrum Sanguinem biberat in paratum vas demittat. Calicem subinde ipsum, purificatorio linteo abstergat, ac demum cooperiat, uti alias fit, atque ab Altari decedat.

Depositis sacris Vestibus et gratiarum actione completa, aqua e Calice dimissa pro rerum adjunctis vel ad diem crastinum servetur (si nempe eo rursus sacerdos redeat

Missam habiturus) et in servanda purificatione in calicem demittatur; vel gossipio aut stupa absorpta comburatur; vel in sacrario, si sit, exsiccanda relinquatur vel demittatur in piscinam.

Quum autem calix, quo sacerdos primum est usus purificatus jam sit, si illo ipso pro Missa altera indigeat, eum secum deferat: secus vero in altera Missa diverso Calice uti poterit.

De quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papæ IX. per Secretarium fideli relatione, Sanctitas sua resolutionem Sacræ Congregationis approbare dignata est. Die 11. Martii 1858.

Premisliæ die 23. Aprilis 1874.

Matthias,

Eppus m. p.

Z Konsystorza Biskupiego o. ł.

W Przemyślu 23. Kwietnia 1874.

Ks. Ignacy Łobos,

Kanonik Kanclerz.